Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26214
Copyright: Admont, Benediktinerstift

35

patitur nescit. Absinthio quippe est ebrius qui pro amore praesentis saeculi D. M.
a sensu rationis alienus dum quicquid pro mundo sustinet leue de
putat. laboris amaritudinem quam tolerat ignorat. quia nimirum
delectabilium ad cuncta ducitur in quibus penalium fatigatur. At contra
uir iustus ad mundi pericula pro mundo toleranda et debilis studet.
finem suum conspicit. uita praesentis quam sit transitoria attendit. et pro
ea ceteros labores propterea renuit. cui intrinsecus delectationem uetat.
Beatus quippe iob praesentis uitae aduersitatibus pressus dicat. dicat ex sua dicat
ex omnium uoce iustorum. Quae enim est fortitudo mea ut sustineam?
Aut quis finis meus ut patienter agam? Ac si aperte insinuet dicens.
Mala mundi pro mundo tolerare nequeo. quia iam mea desidio D. M.
fortis non sum. Dum enim praesentis uitae finem conspicio. cur pondus
eius patior cuius appetitum calco? Et quia iniusti quique ut diximus
tanto fortiter labores illi praeferunt. quanto amore eius delectatione
pascuntur. recte mox eandem reproborum fortitudinem subdit dicens.
Nec fortitudo lapidum fortitudo mea. nec caro mea aenea est.
Quid hoc loco etc ac lapidibus nisi insensibilium hominum corda sig
nantur. qui saepe et superno ictus accipiunt. et tamen nulla discipli
nae percussione mollescunt. Quo contra electis . Sc. per prophetam
pollicente domino dicitur. Tollam uobis cor lapideum. et dabo uobis
cor carneum. Paulus quoque ait. Si linguis hominum loquar et
angelorum. caritatem autem non habeam. factus sum uelut aes sonans
aut cymbalum tinniens. Scimus autem quod percussi lapides clarum so
num reddere nequeunt. aes uero cum percutitur. canorus ualde so
nus ex eius percussione formatur. Quod quia ut lapides uita ca
ret. sensum in sonitu non habet. Et sunt nonnulli qui lapidibus
similes. ita ad pietatis praecepta duruerunt. ut cum eos percussio
supernae animaduersionis examinat. nequaquam sonitum humilis